



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

9. Vtrum hæc sit vera, iste homo demonstrato Christo in cœpit esse, vel fuerit semper.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

¶ Secunda conclusio seu potius regula vniuersalis est: ea quae non possunt supicari conuenire personae Christi, secundum se absolute affirmantur de Christo, quamuis solum ratione naturae humanae illi conueniant.

¶ Vbi nota nouit auctorem in hac littera distinguere ea, quae conueniunt Christo ratione humanae naturae, in duo genera: nam quaedam sunt, quae in dubitationem venire possunt: an conueniant personae secundum se: quaedam vero, quae clare conuenire intelliguntur solum ratione naturae. Et de secundo genere habetur regula, quod simpliciter & absolute affirmantur de Christo, ut esse cruciatum, mortuum &c. de primo autem genere traditam esse regulam conuenientiam, scilicet, quod non simpliciter, sed cum determinatione affirmanda sunt de Christo, restatur contextus litterae, cum ponendo secundum generis regulam dicitur. Ea uero de quibus. Per hanc siquidem aduersarij contumaciam textus inueniunt, quod in illis duobus, scilicet minor Patre, & creatura, omnia similibus generis intellexit, ac per hoc inuenerunt regulam. Probatur autem in littera uerba, quae regula ex communi uia loquendi in corporalibus humanis, ex eo quod in illis differentijs huiusmodi seruatur: distinguuntur siquidem & in illis communia totius, & pars a propriis partibus. Et communia si secundum partem tantum insunt, non simpliciter euariantur de toto: non enim dicimus quod aethiops est albus, sed quod est albus dentes; sed bene dicimus quod est crispus, quamuis solos capillos habeat crispos. Et scito hic neutram obiectionem Durandi in 3. sen. dist. 11. militare contra praesentem doctrinam: quia ad rem ipsam spectant ambae. Auctor autem ad dubitationem & errorem uitandum tendit, & super hoc fundat doctrinam hanc, ut patet in littera. Et propterea nec obstat, quod Christus est absolute genitus ex Maria uirgine: nec obstat, quod humana & diuina natura aut suppositum non se habent ut partes, sicut capilli & dentes, nec praedicantur de Christo, sicut crispum aut album esse. Argumentum enim a simili, optime seruit ad modum loquendi comprobandum, quicquid fit de rerum disparitate.

¶ In responsione ad primum, aduerte responsum non uoluntariam: sed sumptam ex textu Magistris seu in 3. dist. 11. ubi hac tractatur materia.

Super Quaestione 16. Articulum nonum.

Titulus, ut iacet, sumendus est de hac propositione, Iste homo incepit esse.

¶ In corpore uenit est conclusio responsua quaesto, Iste homo non incepit esse. Probatur dupliciter. Primo: quia propositio est simpliciter falsa, quia demonstrat suppositum aeternum. Neque obstat, quod ly homo, significat naturam: quia termi-

nus in subiecto positus tenetur non formaliter pro natura, sed materialiter pro subiecto.

¶ Circa hunc processum occurrit primo Durandus in 12. dist. 3. sentent. quaestio. 1. reprehendens concludentem ex eo, quod subiectum stat materialiter pro supposito, itam esse falsam. Iste homo, i. Christus, incepit esse. Ex hoc enim, inquit, quod subiectum tenetur materialiter, licet habeatur quod aliquid potest sibi uere attribui, quod non attribuitur illi ratione formae (sicut cum dicimus, album currit non tamen habetur, quin etiam attribui sibi uere possit, quod conuenit illi ratione formae, ut patet dicendo, hoc album distingregat. Ac per hoc, cum incipere esse conueniat Christo ratione humanae naturae, sicut illa est uera, hic homo (demonstrato Christo) est risibilis, ita ista. Hic homo incepit esse, si nihil aliud obstat, nisi quod subiectum tenetur materialiter. Vtrobique enim supposito attribuitur quod ratione formae conuenit.

cum determinatione, quod Christus secundum deitatem est incorporeus & impassibilis.

AD TERTIVM dicendum, quod de natiuitate ex Virgine, nulla dubitatio potest esse, quod conueniat personae filij Dei, sicut potest esse de creatione. Et ideo non est similis ratio utrobique.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum haec sit uera, iste homo, demonstrato Christo, incepit esse.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quod ille homo, demonstrato Christo incepit esse. Dicit enim Aug. super Ioan. * Priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus: sed illud quod non sp. fuit, incepit esse. ergo ille homo, demonstrato Christo, incepit esse.

¶ 2. Præter. Christus incepit esse homo: sed esse hominem est esse simpliciter. ergo ille homo incepit esse simpliciter.

¶ 3. Præter. Homo importat suppositum humanae naturae: sed Christus non semper fuit suppositum humanae naturae. ergo ille homo incepit esse.

SED CONTRA est, quod dicitur Hebr. xli. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula.

RESPOND. Dicendum, quod non est dicendum, quod ille homo, demonstrato Christo, incepit esse, si nihil addatur: & hoc duplici ratione.

supposito accipi hic homo seu Christus. ¶ Circa eundem processum pro quanto fundat se super hoc, quod ista propositio, Christus incepit esse, significat in supposito aeternum aliquid repugnans illius aeternitati, scilicet incipere esse. Durandus quoque ibidem occurrit, arguens quod nec istud uideatur ualere: quia licet ponendo in Christo unam esse tantum, ualeret, non tamen ponendo in ipso plura esse, sicut oportet aliquo modo ponere: quoniam non sequitur, quod non semper fuerit nihil esse habendo: sed quod non semper fuerit secundum esse illud, secundum quod incepit esse, cum quo stat, quod semper fuerit secundum aliud esse.

¶ Circa conclusionem Scotus primo ubi supra occurrit, uolens, quod ista possit concedi, Christus seu iste homo incepit esse. Et ratio eius est: quia ly esse, importat esse simpliciter, hoc est, de genere substantiae: constat autem Christum incepisse esse hominem, quod est esse de genere substantiae. Tueturque hanc suam positionem ex praallegato dicto, scilicet quod iste homo seu Christus stat pro uerbo, ut est suppositum humanae naturae, foetque se, tum quia quod generatur, incipit esse. I. h. tum quia uerbum incepit esse homo: ergo Christus incepit esse. Probatur consequentia: Quando de aliquo dicitur incipere determinationem per aliquod praedicatum, de illo toto dicitur incipere: sicut si Sortes incipit esse albus, Sortes albus incipit esse, ergo similiter est in proposito.

Tertia S. Thomae. K 3 ¶ Oc-

Durandus in 12. dist. 3. sentent. quaestio. 1. reprehendens concludentem ex eo, quod subiectum stat materialiter pro supposito, itam esse falsam. Iste homo, i. Christus, incepit esse. Ex hoc enim, inquit, quod subiectum tenetur materialiter, licet habeatur quod aliquid potest sibi uere attribui, quod non attribuitur illi ratione formae (sicut cum dicimus, album currit non tamen habetur, quin etiam attribui sibi uere possit, quod conuenit illi ratione formae, ut patet dicendo, hoc album distingregat. Ac per hoc, cum incipere esse conueniat Christo ratione humanae naturae, sicut illa est uera, hic homo (demonstrato Christo) est risibilis, ita ista. Hic homo incepit esse, si nihil aliud obstat, nisi quod subiectum tenetur materialiter. Vtrobique enim supposito attribuitur quod ratione formae conuenit.

Occurrit deinde Scotus in 3. sentent. distinctio. 11. quaest. 3. obijciens, quod stare pro supposito contingit dupliciter, scilicet secundum se, uel ut habeat aliquid aliud, sicut Sortes albus stat pro supposito generis substantiae, non secundum se, sed ut habet albedinem: & similiter hic homo id est, Christus stat pro supposito diuino, non secundum se, sed ut est suppositum humanae naturae. Deficit ergo processus litterae, non distinguendo modos, quibus potest pro

3. dist. 11. q. 3. art. unico.

Tract. 105. a medio, 10. g.

¶ Occurrit deinde Durandus. concludens. distinguendum esse. & non simpliciter respondendum. an Christus incepit esse: quoniam utraque pars contradictionis est vera. ad diueria referendo. naturam scilicet vel suppositum.

¶ Ad primo obiecta ex Durando. dicitur quod non militat contra presentem litteram. Concedimus siquidem omnia. quae obijciendo dicuntur in communi de subiecto stante materialiter. sciētes. quod aliud est conuenire supposito rōne suppositi. & aliud conuenire supposito. quacumque illud ratione conueniat. Vnde nec somniauit Auctor. quod quia subiectum tenetur materialiter. ideo oportet quicquid illi attribuitur. uere conuenire illi ratione suppositi: sed docuit quod oportet illud non repugnare supposito. ita quod fundatur processus litterae super hoc. quod quia subiectum tenetur materialiter pro supposito ideo oportet attributum supposito non repugnare supposito. nec sufficit non repugnare naturae. seu formae. Per hoc enim excludit Auctor obiectionem dicentium. quod quia dicendo. iste homo incepit esse. incipere esse. non repugnat naturae humanae Christi. significatae per ly homo. consequens est. qd fit uera. Excluditur siquidem. quia oportet quod incipere esse non repugnet supposito importato per ly iste homo: quia ly homo. ex parte subiecti stat pro habente naturam hypostaticam: significat enim illum habentem naturam humanam: constat enim qd iste habens humanitatem est suppositum. Et quia in Christo non est aliud suppositum nisi aeternum. cui repugnat incipere esse. ideo propositio concluditur falsa.

¶ Ad obiecta deinde contra eundem processum ex Scoto dicitur. quod processus non peccat ex praetermissa distinctione inter suppositum diuinum secundum se. & ut suppositum humane naturae: quia illa distinctio superflua est in proposito: quoniam quaestio non est de propositione aliqua. in qua subiectum est suppositum diuinum secundum se: non enim uertitur hic in dubium. An uerbum seu filius Dei incepit esse. praesupponimus enim suppositum diuinum aeternum esse. Sed quaestio est de propositione. in qua subijciuntur suppositum aeternum habens humanam naturam. ut est ista. Iste homo. demonstrato Christo. incepit esse: & similiter ista. Christus incepit esse. Et propterea non oportuit distinguere. sed infra terminos quaestio stando procedere. Et sic factum est in littera procedente ex eo. quod si de hoc homine negatur fuisse. negatur fuisse de supposito aeterno: quia negatio totum destruit significatum per hunc hominem. & non solum rationem. qua est homo: ista siquidem propositio. iste homo demonstrato Christo incepit esse. claudit in se duas propositiones: alteram affirmatiuam. iste homo quandoque fuit: alteram negatiuam. & iste homo immediate ante illud non fuit. Haec autem negatiua est de secundo adiacente. & negat pro tempore praecedente ab isto homine esse. Negans autem hunc hominem esse. non negat directe hunc esse hominem. ut Scotus & aduersarij exponunt. ut patet. ergo negat totum. scilicet hunc hominem esse. Et cum hic homo ex parte subiecti principaliter importet ly hunc (quia subiecta materialiter tenentur) consequens est. quod principaliter negatur esse de supposito demonstrato per ly hic. ac per hoc propositio est simpliciter falsa.

¶ art. 7. huius q. ad 4.

Primo quidem. quia haec locutio est simpliciter falsa. secundum sententiam catholicae fidei. quae ponimus in Christo unum suppositum & unam hypostasim. sicut & unam personam. Secundum hoc enim oportet. quod in hoc quod dicitur. iste homo. demonstrato Christo. designetur suppositum aeternum. cuius aeternitati repugnat incipere esse. Vnde haec est falsa. hic homo incepit esse. Nec obstat quod incipere esse conuenit humanae naturae. quae significatur per hoc nomen homo. quia terminus in subiecto positus non tenetur formaliter pro natura. sed magis materialiter pro supposito. ut supra dictum est. Secundo. quia etiam si esset uera. non tamen esset ea utendum absque determinatione. ad euitandum haeresim Arrii: quia sicut personae filij Dei attribuit. quod esset creatura. & quod esset minor Patre. ita attribuit ei quod esse incepit. dicens. quod erat. quando non erat.

¶ Ad primum ergo dicendum. quod auctoritas illa est intelligenda cum determinatione. ut scilicet dicamus. quod homo

¶ Ad obiecta secundo loco Durandi & Scoti. sciro quod esse. quando est secundum a hanc. dicitur importare esse simpliciter. non ut esse simpliciter uocatur esse substantiae (ut patet ex eo. qd de accidentibus formatur propositio de secundo adiacente. ut albedo est. & hinc ruit fabrica Scotica) sed ut esse simpliciter significat esse sine additione. seu determinatione aliqua. iuxta illud secundi Topicorum. Simpliciter dico. quod nullo addito dico. Et hinc fit. ut siue in Christo fit unum. siue plura esse. nihil referat ad quaestionem habere de propositione. non de re. Et similiter siue esse hominem ponat esse substantiae in Christo. siue non. nihil ad propositum. de propositionis ueritate querens. Dicendo igitur. iste homo incepit esse. ergo incepit esse. quia claudit in se istam negatiuam de secundo adiacente. iste homo non fuit. & ly non fuit. tollit esse absque determinatione quacumque. consequens euidenter est. quod significat subiectum non fuisse. & non significat non fuisse substantiam. aut hominem. aut secundum primum. aut secundum primum esse. Et ruit tam obiectio Durandi super duo esse fin data. quam propositio Scoti super esse simpliciter. hoc est substantiae fundata: uerque enim oportet quod determinet ly non fuit. ad aliquid esse saltem substantiae: propositio autem ipsa negat fuisse. absque determinatione ad esse substantiae. uel accidentis. primi. uel secundi. simpliciter. uel secundum quid: & ideo ex uirtute sermonis propositio est simpliciter falsa. ut Auctor optime in littera inquit.

¶ Ad tertium dicendum. quod hoc nomen homo. secundum quod accipitur pro Christo. licet significet humanam naturam. quae incepit esse. tamen supponit suppositum aeternum. quod esse non incepit. Et ideo quia secundum quod ponitur in subiecto. tenetur pro supposito. secundum autem quod ponitur in praedicatione. refertur ad naturam. ideo haec est falsa. homo Christus esse incepit. sed haec est uera. Christus incepit esse homo.

¶ Ad primum fomentum. quia quod generatur. incipit esse. dicitur. quod hoc est uerum communiter: sed non est uerum. quando quod generatur. suppositaliter praestit. ut accidit in proposito. ¶ Ad secundum. negatur consequentia. Et ad probationem dicitur. quod maior est uera de toto. ut totum est categorematice. & similiter de composito. seu coniuncto. Et similiter de nomine per se primo significante totum. seu compositum. aut coniunctum categorematice. & supponens per se primo pro illo. ut si as incepit esse sphaericum. sequitur. ergo sphaera aenea incepit esse: quia & significat & supponit per se primo pro toto. id est sphaera aenea. Secus autem est de termino importante quidem totum. sed principaliter alteram partem. & supponens pro illa. connotando tantum reliquam: tunc enim quauis praecedens pars incipiat esse altera. non inferitur tamen quod nomen supponens pro prima parte. & connotando tantum in suppositione alteram. incipiat esse. quia denotaretur per hoc. quod ipsa prima pars. pro qua supponit. inciperet esse. Sic autem est in proposito: quoniam tam ly Christus. quam iste homo. licet importet totum. scilicet. suppositum & naturam humanam: supponit tamen pro supposito. & in supponendo ex parte subiecti connotat tantum naturam humanam: quia subiecta tenentur materialiter.

Et

Et propterea quibus iste incipit esse ho. non tñ sequitur. ergo iste ho incipit esse: quia denotaret q̄ persona illa inceperit esse.

ARTICVLVS X.

Utrum hæc sit vera, Christus, secundum quod homo, est creatura.

AD DECIMUM sic p̄ceditur. Videtur, quod hæc sit falsa, Christus, secundum quod homo, est creatura, vel inceperit esse.

Nihil enim in Christo est creatum nisi humana natura: sed hæc est falsa, Christus, secundum quod homo, est humana natura.

¶ 2 Præterea. Prædicatum magis prædicatur de termino in reduplicacione posito, quam de ipso subiecto propositionis, sicut si dicam, corpus, secundum quod coloratum, est uisibile, sequitur quod coloratum sit uisibile: sed hæc non est absolute (sicut dictū est) concedenda, homo Christus est creatura ergo neq; hæc, Christus, secundum quod homo, est creatura.

¶ 3 Præter. Quicquid prædicatur de quocumq; homine, secundum quod homo, prædicatur de eo p̄ se, & simpliciter: idem enim est p̄ se, & secundum quod ipsum, ut dicitur, Meta. sed hæc est falsa,

A ut patet: sed tenetur specificatiue, quoniam specificat eam partem seu conditionem, qua in sunt hæc: sicut cum dicitur, æthiops, secundum quod habet dentes, est albus. Unde & in proposito licet possit teneri re duplicatiue (quia esse hominem, est per se ratio, quod sit creatura) a sanctis tamen assumptū uideur principaliter, ut tenetur specificatiue, ut denotetur quod esse creaturam, non conuenit Christo secundum suppositum, sed secundum naturam assumptam, & similiter incipere esse.

Christus est per se & simpliciter creatura. ergo etiam hæc est falsa, Christus, secundum quod homo, est creatura.

SED CONTRA, Omne quod est, uel est creator uel creatura: sed hæc est falsa, Christus secundum quod homo, est creator. ergo hæc est uera, Christus secundum q̄ homo, est creatura.

RESPON. Dicendum: quod cum dicitur, Christus, secundum quod homo, hoc nomen homo, potest resumi in reduplicacione, uel ratione suppositi, uel ratione naturæ. Si quidem resumatur ratione suppositi, cum suppositum humanæ naturæ in Christo, sit æternum, & increatum, hæc erit falsa, Christus, secundum quod homo, est creatura. Si uero resumatur ratione humanæ naturæ, sic est uera: quia rōne humanæ naturæ, siue secundum humanam naturam, conuenit sibi esse creatura, ut supra dictū est. Sciendum tamē, q̄ nomē sic resumptum in reduplicacione, magis pprie tenetur pro natura, quā pro supposito: resumitur. n. in ui prædicati, qd̄ tenetur formaliter: idem enim est dictū, Christus secundum q̄

ratione humanæ naturæ, sic est uera: quia rōne humanæ naturæ, siue secundum humanam naturam, conuenit sibi esse creatura, ut supra dictū est. Sciendum tamē, q̄ nomē sic resumptum in reduplicacione, magis pprie tenetur pro natura, quā pro supposito: resumitur. n. in ui prædicati, qd̄ tenetur formaliter: idem enim est dictū, Christus secundum q̄

positionem, quæ sine reduplicacione fuit falsa. Si igitur ista est falsa, Christus inceperit esse; ista non est uera, Christus, in quantum homo, inceperit esse, & hoc loquendo de reduplicacione propria. Et ad id, quod loquendo de ipsa specificatiue, quamuis sit uera, est tamen impropria: quoniam deberet specificatio se tenere ex parte prædicati, puta, Christus inceperit esse secundum hominem: sicut non est propria illa, æthiops, secundum quod habet dentes, est albus: sed ista, æthiops est albus secundum dentes. Et hæc sint allata quo ad illam propositionem, Christus, in quantum homo, inceperit esse: quia apud nos ista est uera, & sua præiacens falsa, quamuis Scotus subleuat de illa, Christus, in quantum homo, est creatura: quia ipse tenet illius præiacentem esse falsam.

AD HÆC dicitur, sustinendo etiam hanc esse ueram & proprie duplicatiuam, Christus secundum quod homo, inceperit esse: ita tamen quod non fiat difficultas circa inceptions essendi: an per se conueniat homini, an solum de facto: quia non est ab æterno, quoniam ad propositum non refert. Et propterea, supposito quod per se conueniat naturæ humanæ incipere esse sicut per se conuenit ei esse creaturam, dicitur quod maior Scoti est uera: sed minor tamen, scilicet, sed nulla reduplicacio tollit illam repugnantiam, est falsa. Et ad illius probationem expressam, quia scilicet reduplicacio non minuit extremum, si proprie loquimur de conditione diminuenta, conceditur totum quod assumitur. Sed negatur sequela, quoniam conditio diminuens tollit terminum, quem diminuit: sicut homo in potentia non est homo, & homo mortuus, non est homo: constat enim quod reduplicacio extremi non tollit illud. Sed si latiori uocabulo sumitur minuire, prout utens aliquo unius, & non utens aliquo eiuſdem, minuit illud (pro quanto non totaliter, sed secundum totum, sed secundum

Tertia S. Thomæ. K aliquid

dist. 4. q. 1. per est Parisijs, & cum appellatur esse ad apostolicam sedem, reprobata dicitur sub Alexandro sexto. Secundo in litera probatur conclusio proposita, scilicet, non est dicendum, quod iste homo inceperit esse: quia dato, quod esset uera, non esset ad uitandum, ad euitandam hæresim Arii, attribuentis Christo non solū, quod est creatura, & minor parte: sed et quod inceperit esse, dicitur, quod erat, quando non erat: ut patet in Nycena synodo. Et est sensus, Erat duratio, in qua non erat Christus: quia non est ab æterno. Contra Apostolum dicentem, scilicet Christus heri & hodie, ipse & in secula, & Ioannem dicentem in principio erat uerbum.

art. 2. huius q.

Super Questionis sextadecima Articulus decimus.

Titulus clarus, ut sonat. In corpore articuli duo sunt. Primo dicitur, quid potest dici distinguendo, hoc est quod utraque pars sustineri potest cum distinctione: quia ly homo, potest stare uel pro natura, uel pro supposito. Secundo, in quam partem sit potius declinandum. Et duo dicuntur. Primum, circa propositam propositionem. Christus, secundum quod homo, est creatura, vel inceperit esse, & dicitur quod in partem affirmatiuam declinandum est, quia ly homo, tenetur formaliter, quia habet uim prædicati. Secundum, circa alteram propositionem, scilicet, Christus, secundum quod homo, est creatura, aut inceperit esse. Et dicitur, quod in partem negatiuam declinandum est: quia ly hic, trahit hominem ad suppositum. Hoc in loco aduerte, quod quia ista propositio, Christus est creatura, non est reprobata, quia omnino falsa, sed quia Arianos sonans, ideo cum de ista modo est questio, Christus secundum quod homo, est creatura, minor questio est, & nulla de falsitate sed de ueritate. Et ista quidem uti licet, illa non: quia in illa cum Ariano communicarem, in ista non. Verum aduerte, quod cum de Christo sermo facer loquitur, & distinguit ea, quæ conueniunt illi ratione naturæ assumptæ, semper uerit ly in quantum aut ly secundum quod, sumptum specificatiue: dicimus enim quod Christus, secundum quod homo, est crucifixus, sepultus, descendit ad inferos, prædicauit, ascendit in templum, circumcisus est, &c. Constat namque, quod in his & similibus ly in quantum, non tenetur re duplicatiue, quoniam natura humana non est per se ratio talium, sed multa per accidens in sunt,